

(p. 111 et)

1
ruere
equitaverunt

yidentibus Ravennatibus, qui ad dictam civitatem defensuri venerant, et nullatenus [a] ausi fuerunt ad eos irfuere; et sic omnia per duos dies combusserunt hostiliter. Tertio vero die, equitaverunt Faventiam milites subiiciendo se periculo mortis, obstacula multa, et aquosa [b] transeuntes. A plebe Sancti Pancratii [A] et Guthi, tam animantium quam hominum, praedam duxerunt non modicam.

Quando Faventini iverunt ad ponticellos [c] Sancti Vitalis. ^{usque} c ^{ad} Ponticellos ^{usque}

CAP. CCVIII.

1235

Anno Domini mcccxxxv, die x. septembris, equitaverunt Faventini omnes in planum Ravennae, capientes omnia ac comburentes usque ponticelles ^{unc} Sancti Vitalis; et quidam iverunt usque Montinos [d]. Ravennates vero non de succursu Taurisii [e] putantes, sed infra civitatis mœnia viriliter sunt conclusi. Praedam inde duxerunt non modicam.

Quando Faventini iverunt apud castrum Caminatæ.

Sept. 10
Ponticello
Montini

Anno 1235. die 12. CAP. CCIX.

Sep. 12

Anno Domini mcccxxxv, die xii. septembris, Faventini omnes equitaverunt a castro Caminatæ et Medulæ [f] inferius; et omnia combusserunt hostiliter.

Medulae
Quando Faventini iverunt Longanam.

CAP. CCX.

1235

1
Oct. 12
et villa Longane

Anno Domini mcccxxxvi die xii. octobris, equitaverunt Faventini omnes in planum Ravennæ, comburentes et capientes villam Fluminis novi, villam Peratellæ, villam Sancti Petri ad Vincula, et (totam) villam Longanæ [g], et fere omnes usque fornaces quæ sunt prope civitatem; et si potestas permisisset, ipso die bellum forem inceptum atque perfectum, et aeternam pacem eorum acquisivissent filii.

[a] et nullatenus. Addidi conjunctionem, et. — [b] multa et aquosa, C. V.; multa et equos, C. A. — [c] iverunt ad ponticellos, C. V.; iverunt ad Ponticellum, C. A.; et sic porro. — [d] usque Montinos. Sic C. A.; usque Martini, C. V. — [e] de succursu Taurisii, C. V.; de succursu Tarvisii, C. A. — [f] et Medulæ. Sic Codd., pro Meldulæ. — [g] et totam villam Longanæ, C. A.; et villam Bongandæ, C. V.

[A] Plebis Sancti Pancratii, sitae in territorio Liviensi, meminit charta ann. 963, E, 1857, Arch. Archiep. Rav. An vero hic sermo est de illa plebe Sancti Pancratii, quæ olim erat in territorio Ravennæ, pertinebatque ad jura archiepiscopi Ravennatis? Proxima commemoratione Guthi id innuere videtur.